



1

2

29

30

31

32

33

27

EXERCITATIO IVRIDICA  
DE  
**EFFECTV CONFESSIOnIS  
CORPORE DELICTI ADHVC  
INCERTO.**

---

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE  
P R A E S I D E

D. FRD. GOTTLIEB ZOLLERO  
COD. P. P. O. ECCLESIAE CATHEDR. MERSEB. CAPITVL CVRIAE  
IN PROVINCIA SUPREM. ASSESSORE NEC NON FACVLT. IVRID.  
SENIORE ET ACADEM. DECEMVIR.

I N A V D I T O R I O I C T O R V M

A. D. I. MAII MDCCCLXXVIII.

D E F E N D E T

A V C T O R

C A R O L V S F R I D E R I C V S M E Y E R  
HOHENLOH - GLEICHENSTIS.

---

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L O E P E R I A.



EXERCITATIO IURIDICA

HILIGA CONFESSIONIS  
CORPORIS DEICII APHIC  
PHILIPPI TITRICO

BONI  
1670

ILLUSTRATIONE ET COMMENTATORE

EDOBRGOTIACOMMOTIO

IN ADOPTIO IN ELEGORUM

DESENIT

CENSATO LUDICRO CAGIO

CHARLES

TRIBERIES

MUCE

1720

1720 1720 1720

SERENISSIMIS AC CLEMENTISSIMIS  
S. R. I. PRINCIPIBVS  
DOMINO  
PHILIPPO HENRICO  
DOMINO  
HENRICO AVGVSTO  
DOMINO  
LVDOVICO FRIDERICO CAROLO  
DOMINO  
CHRISTIANO ALBERTO LVDOVICO  
DOMINO  
CHRISTIANO FRIDERICO CAROLO.

CHRISTIANO HEDERICUS CAROLUS  
CHRISTIANO ALBERTO LADOCIO  
DOMINO  
HERNICO ALLEGASTO  
HERNICO ALLEGASTO  
COMITIUS DOMINIUS  
PATER PATRIAE DOMINIUS  
PATER PATRIAE DOMINIUS  
PATER PATRIAE DOMINIUS

PRINCIPIBVS DE HOHENLOH  
COMITIBVS DE GLEICHEN  
DYNASTIS DE LANGENBURG  
ET CRANNICHFELD

E T C.

PRINCIPIBVS AC DOMINIS  
LONGE CLEMENTISSIMIS

SVMMAM ET PERENNEM FELICITATEM.

PRINCIPIBAS DE HONORIBUS

COMITIBAS DE GLEICHEN

DYNASTIE DE L'ANGENBORG

ET CROWNED THUR

ETC

PRINCIPIBAS AC DOMINI

PONEI CLEMENSIS

ET CROWNED THUR

PRINCIPIBAS AC DOMINI

PONEI CLEMENSIS

PRINCIPIBAS AC DOMINI

PONEI CLEMENSIS

PRINCIPIBAS AC DOMINI

PONEI CLEMENSIS

SERENISSIMI S. R. I. PRINCIPES

PRINCIPES AC DOMINI CLEMENTISSIMI

Angustum zudiciorum huiusque te, principes, ramborum tu et  
sanguinem tuum non obsecragit. Nodis, sordidae, eis, Adol-  
phus, nunc tibi, amicorum, amicorum, amicorum, & cunctis  
tuis, et sanctis, et paucis, et aliis, ut quibusdam excepimus, huius  
tristis, tristis, tristis, tristis, tristis, tristis, tristis, tristis.

**N**imiae audaciae notam incurrere videor, quod Vobis  
Principes Serenissimi hasce primitias laboris, exi-  
guum, et haud satis doce elaboratum profectuum meorum  
specimen offeram. Quam ob rem diu haesitaui, quid in  
causa hac dubia sit faciendum. Ast cum perpendam, solam  
pietatem et religionem, qua tantis Principibus me obstrictissi-  
mum profiteor esse causam, quae me ad declarandum  
animum impellit, veniam a Vobis impetraturum esse certe  
confido. Cum enim tanta sit vestra gratia, tanta munificen-  
tia, quam mibi hic usque impertiri Clementissime vo-  
luisis ut eandem verbis exprimere et laudibus efferre non  
valeam, occasionem praeterire nolui, mentem beneficiorum  
praestantia maxime commotam, exiguo hoc libello, imbecilli-  
tati tamen virium respondente publice, ut omnibus de affectu

meo

*meo satis constet, declarandi. Supremum Numen quod san-  
ctissime veneror, et supplex oro, Vos Principes Serenissimi, Do-  
mini Clementissimi, per longam annorum seriem saluos, spon-  
tes et incolumes conseruet, et quicquid mortalibus contingere  
solet, sero accedere iubeat. Ego vero non solum maxime  
laetabor, si diuina sapientia precibus meis locum dederit,  
sed summa quoque industria dabo operam, ut pietate et reli-  
gione clementia vestra in dies, dignior euadam*

SERENISSIMI PRINCIPES  
DOMINI CLEMENTISSIMI  
NOMINVM VESTRORVM.

Lipsiae  
Calendis Maji  
M D C C L X X V I I I .

*obsequioſſimus ſubditus*  
CAROLVS FRIDERICVS MEYER.



§. I.

**V**erborum sensus variaeque significaciones, quum vel  
in primis in iurisprudentia altercationibus quam  
largissime praebant occasionem, meum esse puta-  
vi, antequam de ipsa materia loqui incipiam, ge-  
neralia quaedam de confessione in primis et corpore delicti  
praemittendi.

§. II.

Delicium, quod denotat actionem legi prohibenti contra-  
riam, aut omissionem eius quod lex iubet dolo et culpa inter-  
veniente, nunquam impunitum esse debet. Finis etenim iuris  
cri-

#### IV

criminalis, quod penes omnes gentes seruatur, est salus reipublicae, hinc interest reipublicae ne delicta maneant impunita. Probationem huius facti illiciti, qua legum violationem vindicamus, in locis vbi accusatorius processus obtinet, suscipit accusator, in illis, vbi processu inquisitorio procedimus, iudex altam jurisdictionem habens: hanc autem quatuor praecipue modis, instrumentis nempe, vel testibus, vel indiciis, vel confessione fieri solem satis iam notum: omissis igitur tribus prioribus speciebus, ultimae, nimirum confessioni, quae ad nostrum iam pertinet finem, paulo insistam.

#### §. III.

Confessio in genere est affirmatio delicti a se perpetrati. Dividitur autem plerumque in iudiciale, et extra iudiciale, in veram et fictam, in puram et qualificatam, i. e. indiciis et probatione suffultam, et haec postrema species in criminalibus, vbi de capitis agitur poena, respici debet, de quo tamen plura in sequentibus; dixi in poena capitali hanc locum habere, cum si de poena extraordinaria corporis afflictiva, vel relegatione agatur, ficta quoque efficaciam promereatur: hinc si quis obfertum imputatum ut compareat, et ad articulos sub poena confessi et conuicti respondeat, citetur, in casum, si citatione non gerat morem, pro confesso et conuicto eo cum effectu habetur, ut contra ipsum haec poena extraordinaria decerni queat.

#### §. IV.

A confessione vulgari Pontificii distinguunt sacramentalem, quam nos extra judiciali in genere annumeramus; sed haec non magis probationis loco esse potest, quam index peccatorum (*Beichtzettel, Sündenregister*) quem quilibet confessurus sibi pro-

promemoria scribit, forsitan ab aliquo inuentus iudicique traditus a).

§. V.

Ob clericorum confessionis sigillum idem etiam apud nos ex nonnullorum opinione valer, ita ut plane pro nulla probatione accipiatur, si etiam sponte clericus crimen ei confessum iudici deferat, multo queminus hic ad deponendum testimonium cogi possit. Aliud tamen apud Reformatos locum habere putat Kress. b) sed nescio an singulare aliquid sit, quod citatus autor qua tale ventilat. Nam etiam clericos Protestantium tali casu, vbi moribundus complicem ei nominavit ad veritatem dicendam adigi posse, arbitror. Non enim obligatio clerici ad fauorem delinquentis introducta, si hic mortuus est, damno reipublicae esse debet; et praeterea confessionis sigillum non ad actus futuros expediendos, sed ad actus tantum pertinet praeteritos; quid autem aliud obvio hocce casu a complice clericu est commissum, quam futuri a complicibus expediendi actus, quos neque tacere solum conscientia, neque ut confiteatur a magistratus civilis coactione liber esse potest, quamvis contrarium ex iure Saxonico desumi potest, in Rescripto enim d. d. g. Iulii 1618. quod extat in Cod. August. Parte II. p. 851. dispositum legimus: *Ihr wolltet gedachten Pfarrer förder samt vor euch in der Superintendur bescheiden, und mit Zuziehung des Amts allbier auf vorgehenden Zeugen Eyd, da er dessen von denen Partibeyen in guten nicht erlassen werden will, ihn, was ihm (ausserhalb dessen, so in und bey der Beichte vorgelaufen,) von denen auf seine Person gerichteten*

A 3

Ar-

a) Wieschner Lib. II. XVIII. n. 39.

b) Kress, commun. in Conflit. Crimin. ad arr. XXXII. §. 3. alter Reformati, qui ministris ecclesiae a poenitentibus et moribundis dictaver. g. si complex moribundus ministerio secreto indicavit complicem, pro arcans non habent, sed ministrum ad testimonium in iudicio iurato reddendum cogunt, ut ex actis Hassiacis et Rescripto Consistorii Castellani a. 1729. obseruauimus.

VI

*Articuln und Interrogatorien, bewußt sey, befragen, und sodann seine Aussage gebührlich registriren. Exinde apparet, hoc rescriptum probare regulam; confessionis sigillum eum habere effectum ut Clerico perpetuum silentium hoc in casu imponendum.*

§. VI.

Minime etiam huc pertinet confessio sub promissione libertatis aliquis praemissi facta, quae iam est per se nulla, ac reo nunquam ullum inferre potest praeiudicium. Vnde enim iudici potestas est data ea promittendi, quae nunquam in eius sunt posita potestate, et tamen efficiunt, ut perterritus reus, qui semper omnia a iudicis pendere voluntate sibi falso persuaderet, facta forsitan, nunquam ab eo commissa indicet, sola spe praemium vel libertatem promissam nanciscendi. Distinguendum tamen putarem inter poenas, super quibus iudex disponeare, easque remittere potest, et eas, quas lex determinat et iudicis arbitrio penitus eximit. In his iudicis promissio circa remissionem nil efficit, nec confessio tali modo elicita grauat reum, ut ulterius de perpetrato crimen non possit dubitari, ast in illis, aliam eligerem opinionem, et iudicem ad seruandam fidem obstringerem, nec reuocationem rei admitterem. Referri huc etiam potest quoad S. E. ea quae a reo est facta omissis a iudice solemnitatis ac admonitionibus quas Generale de anno 1770, singulis casibus adhibendas praescribit.

§. VII.

Loquitur ergo in praesentiarum de confessione libera a sciente et intelligenti profecta, quae si alioquin corpus delicti esset certum, plenam efficeret probationem. Venio igitur ad huius nunc explicationem.

§. VIII.

## §. VIII.

Primum sumitur corpus delicti pro re ipsa, in quam peccatum est. Sed aperte confundimus hac significatione signum delicti cum re signata, quod nimium fallit in modum. Nam cadauer, aedes exustas nominant corpus delicti, et tamen nil minus haec reliquiae per se, quam delictum probare possunt. Nonne enim aliquis morbo oppressus esse, nonne casu fortuito aedificium incendio consumptum esse potest? Quid igitur probatur per cadauer, quid per aedes exustas, nil nisi ut hicce homo non amplius viuat, et ut aedes igni consumtae sint. Aliud esset dicendum, si forsan vulnera seu alia externa vis, in cadauer esset obseruanda, tunc autem a circumstantiis homicidii commissi presumtio dependeret, non autem a vestigio ipso in oculos currente.

## §. IX.

Deinde alia occurrit significatione; dicunt nimirum Corpus delicti adeat, si ex circumstantiis, et aliis argumentis deduci potest, crimen hocce vere esse ab aliquo commissum, ita ut satis ad poenam infligendam sit probatum: sed coincidit haecce appellatio cum plena delicti commissi probatione, ideoque viuperanda.

## §. X.

Denique haecce ei apponitur significatio, ut tunc nimium adsit, si ex circumstantiis aliquis argumentis appareat, delictum de quo in praetentiarum est quaestio, actu esse commissum, sine tamen respectu ad autorem. In quali significatione accipitur etiam a Carpzonio qu. CVIII. n. 5. vbi dicit non aliter

con-

MM 2

VIII

contra certam personam inquiri posse, nisi constat de corpore delicti.

**§. XI.**

Vera est igitur haecce appellatio, atque unica propria. Non enim de autore quaerit facinoris, sed solam veritatem delicti in abstracto denotat. Voluntas autem legum, iudicem ad corpus delicti remittentium, est haec, ut omnem adhibeat curam in inquirendo, an etiam delictum sit commissum, seu potius alio modo id de quo in praesentiarum tanquam de crimine loquitur, effectum sit. Sic igitur cadavere inuento non statim ratiocinari debet, cadaver adest, ergo homicidium est commissum: Inspectionem, sectionem et reliqua in *articul. 149. C. C. C.* praescripta suscipiat, ut ei antea sit cognitum an etiam vi quadam suppremissus perierit homo inuentus, an potius ob internam viscerum et corporis qualitatem moriri hoc tempore per se debuerit.

**§. XII.**

Continere autem debet corpus delicti transgressionem legis: non igitur ut semper in facto consistat est necesse, aequo enim omissiones criminali imo capitali vindicantur poena: Quapropter *Leyser Sp. DCXI. med. XXXII.* hasce omissiones lethalem vocat negligentiam: e. g. in parricidio, si partus ob inediam, vel omissam funiculi umbilicalis deligationem periit.

**§. XIII.**

## §. XIII.

Porro etiam non tantum dolosum factum requiritur, ut Granz C. V. M. II. S. I. putat: quaestio enim haec est in sequentibus, vbi de poena infligenda, non autem vbi de inquisitione inchoanda loquitur, tractanda. Neque magis illorum opinio est respicienda, qui certitudinem circumstantiarum requirunt; sufficit si de facto turpi commisso certitudo seu presumptio adest, neque etiam in hac parte generalis adhuc inquisitionis, obest si forsan accidentalia, veluti loci, temporis etc. non satis congruant.

## §. XIV.

Apparet igitur, non semper requiri eandem certitudinem corporis delicti, sed pro diuersitate praetudicij personae cuiam imminentis, etiam gradum certitudinis differre debere: quo maius itaque est praetudicium, quod reo corpore delicti plene probato imminet, eo maiorem curam atque sollicitudinem iudex in eo inuestigando adhibeat necesse est a).

## §. XV.

Generaliter ut de aliquo commisso delicto inquire possit, sufficit denunciatio immo fama, si alioquin delictum tale est, in quod iudex ex officio inquirere potest, cuius generis apud nos sunt omnia, excepto furto coniugum et heredum proximorum nec non delictis quae coniuges inter se inuicem committunt, in his enim delictis laesi expectanda est querela b) et tunc ad ipsum

a) Harpr. Conf. XLVI. n. 63.

b) Art. 165.

## X

ipsum corpus delicti nondum respicitur. Referre et hoc nonnulli a) solent adulterium, quod tamen minus recte dictum dicitur, confundere enim solent mitigationem poenae, cum inquisitione delicti. Inquisitio semper habet locum nec iudex exceptat accusationem seu denunciationem coniugis innocentis, ast poenae mitigatio ex intercessione partis innocentis, nisi lex specialis obstat, valet. Ad incarcerationem autem et multo magis ad speciale inchoandam inquisitionem non quidem plena corporis delicti requiritur certitudo, attamen indicia ita comparata esse debent, ut saltem semiplenam reddant probationem contra personam, de qua tale praefumi potest factum b) sin autem nulla adest possibilitas, et indicia, quae contra aliquam militant personam non simul indicia ipsius sint commissi delicti, tunc iudex ad speciale inquisitionem plane progredi nequit c).

## §. XVI.

Ad corporis poenam afflictivam etiam non plena C. D. requiritur certitudo, sed maior sufficit gradus probabilitatis delictum actu esse commissum: aliter ac in mortis poena infligenda, vbi plane summa eius adest debet certitudo d). Quapropter etiam in delictis carnis morte puniendis, vtriusque semper requiritur confessio.

Hoc iuris tamen brocardicum, quod de corpore delicti intuitu poenae capitalis constare debeat, cum grano fali accipendum: ita nimirum constare debet, quantum sit possibile ac natura vnius cuiusque delicti admittat; quod etiam Carolus ex pref-

a) Theodorici in Iud. crim. C. 4. aph. §. u. 5. Engau E. I. C. lib. II. titl. VI. §. 22.

b) Kreff. ad art. 6. CC. §. 8. de Cramer Tom. 3. obs. 882.

c) Meister im 2ten Theil der rechtlichen Erkenntnisse Resp. 53. n. 9.

d) I. I. §. 17. D. de quaest. L. I. §. 24. ad SCrum Silan, Wernher P. IV. obs. 4.

pressis constituit verbis a). Sic talis requiritur probatio corporis delicti, qualis pro ratione criminis et facti imputati haberi potest, ne delicta maneat impunita b).

### §. XVII.

Maiores nostros certitudinem corporis delicti inuestigandi parum fuisse sollicitos, ex ordaliis eorum temporibus consuetis vnicuique satis iam cognitum.

Orta enim suspicione statim ad probationem per aquam, ignem, duellum, stigmata diabolica c) stillicidium sanguinis, d) et similia refugium ceperunt, de quibus Boehmer e) et Thomasius f) pro more suo egerunt. Perplacet mihi iudicium PARIS DE POTEZO de ipsis temporibus: *Maiora fere latrocinia in iudicis, quam a latronibus in sylvis committuntur, praesertim sa. antiqua tempora quibus foras criminalia foedissimis repleta erant naves, intueamur.* Alius tamen corpus delicti inuestigandi modus a Carolo ipso in nostris foris est introductus, pro ut solers cada veris sectio in homicidio commisso art. CXLIX. praescripta docet.

### §. XVIII.

Constatre igitur debet de corpore delicti in criminibus puniendis: caueas autem ne verbum constare aliter ac necesse est

B 2

114

a) in CC. art. 6. Darzu soll anch eyn jeder Richter inn disen grossen Sachen vor der peinlichen frag, sovil möglich und nach Gestalt und Gelegenheit eyner jeden Sachen bescheiden kann, sich erkundigen, und fleißig nachfragen haben, ob die Missethat darumb der angenommen berichtiger, auch bescheiden sey oder nit.

b) L. 14. C. de poenis. Carpzov. Dec. P. II. 197.

c) Stryk de iure sensuum diff. VII. c. 3.

d) Fafelt de Stillicidio sanguinis ex interemt. hom. cadav. praesent. occiso. re Vitemb. 1765.

e) in Diff. de probatione in criminalibus spuria,

f) in Diff. de iudicis Welfhalicis.

## XII

sumas. Generaliter enim nec tantum vbi summus, sed etiam vbi intermedium et infimus gradus probabilitatis adest, constare de corpore delicti dicitur. Quapropter omnes ICorum altercationes de certitudine corporis delicti in obuio quodam casu ortae, de solo verborum agitantur sensu. Ita Leyfer ad D. Sp. DLXI. med. 6. *Carpzouium* reprehendit qui qu. 16. n. 3. Corpus delicti ad inquisitionem exigit, sed ad imponendam poenam fustigationis id non necessarium esse credit. Sufficere equidem videatur primam sententiam duobus argumentis 1) quod in qualibet materia, vbi lex disponit aliquid respectu certae rei, debeat prius de illa re constare, 2) quod ille qui vult probare qualitatem, debeat prius probare substantiam, in qua illa qualitas fundatur. Sed errorum eommisissim *Carpzouium* statim ex eo apparebit, dummodo considerare velis, distinguendum esse inter inquisitionem, et poenam ipsam. In priori etiam si de corpore delicti nondum satis constet pro re nata et circumstantiarum qualitate, vel Inquisitio generalis vel specialis habet locum, ast in posteriori certitudinem corporis delicti vtique desideramus. Ratio huius rei ea est, quoniam verbum inquirere, denotat eruere veritatem delicti commissi, vt exinde de certitudine corporis delicti, secundum quod poena delinquenti possit imponi constet, et sic inquisitio praecedens est instar iudicij preparatorij. Comprobat hoc Elector Saxonius mandat. den 5. Ianuar 1579. verbis: *Als nehmlichen erßlich die Verbrechung Articuls Weise fassen, dieselbe dem Gefangenem in Beyseyn derer Gerichtspersonen fürbalte, ihn darauf höre, seine Aussage mit Fleiß aufzeichne, und was er davon verneinet, darüber die Zeugen auf vorgebende würkliche Leistung des gewöhnlichen Zeugen Lydes verbören lasse, derer selben Aussage in eine ordentliche Registratur bringe, und die in dem Schöppenstuhl darüber zu erkennen schicke, und was also der Strafe halber oder sonst hierüber erkannt, dasselbigen gebührlich vollstrecke, jedoch, dass man sich in*

*in alle Wege zuvor, und ehe denn die Strafe ergebe, eigentlich erkundige und gewiss sey, dass auch die That und Misshandlung, damit der Verbrecher beschuldigt und darum er gestrafft werden sollte, würklich geschehe.*

### §. XIX.

Commode autem gradus certitudinis in tres diuidi possunt species obseruante B. Thomasio a) summum nimurum, medium et infimum: et quidem quo maior adest consensu circumstantiarum cum re vel facto de cuius veritate disquiritur, eo maior etiam adest probabilitas, et quo minus circumstantiae cum re vel facto probando conueniunt, eo minus etiam illud probabile est.

### §. XX.

Infimus gradus ad inquisitionem, summus ad poenam capitalem, medius denique ad torturam vel poenam extraordinariam necessarius. Gradus infimus semper relative accipiendus, neque qualis remotior demonstratio statim admittenda, sed non tanta tantummodo certitudo requiritur, quantam tortura seu condemnatio praesupponit; omnino autem iudex de existentia delicti certo debet esse modo conuictus. Dicunt infimum esse gradum probabilitatis quando eiusmodi circumstantiae, quae saepe fallunt, cum facto probando concurrunt. Canonistae hunc infimum probabilitatis gradum exemplo clerici illustrare solent, dicentes; intuitu clerici osculum mulieri praebentis, malii suspicionem infimo tantum adesse gradu, quippe qui Zelo charitatis id facere praefumatur: ad quod tamen argute respondeat Neuizan a). Dicitum Vlpiani l. 3. D. de SCto Silan. si quis

B 3

mo-

a) In Diff. de fide iuridica c. 1. §. 31.

b) In Sylo nupt. l. 4. §. est nubendum n. 36.

moriens dixisset a seruo vim mortis allatam esse sibi, exempli loco insimi probabilitatis gradus etiam esse potest: nec non fuga post commissum delictum susceptra; nunquam enim medium vel summum probabilitatis gradum porrigerere potest, vti falso sibi nonnulli persuadent *a)* nisi adsint aliae simul circumstantiae inculpatum aggrauantes. *b)* Ipsa etiam laesi querela circumstantiis quibusdam munita, seu morte subsecuto corroborata *c)*: addere tamen velim si vsque ad mortem denuncians etiam recta vñus sit ratione, nec ob iudicii imbecillitatem morbo causatam denuntiationem reuocare sit impeditus. Carolus ipse ob solam probabilitatem criminis commissi neminem incarcерari et puniri posse tradit, ac vtitur exemplo quod ad alia similia leuiora indicia commode applicari potest *d)*. Persuaderet hoc nobis iam recta ratio, cui repugnat talem contra aliquem suspicere actum quamdiu non satis constat delictum cuius quis autor esse debet, etiam vere esse commissum. *e)*

## §. XXI.

Intermedius gradus probabilitatis quid sit ex antecedentibus nunc facili concludi potest negotio; occurrit nimirum quando circumstantiae tales adsunt, quae licet fallere possint, rarius tamen fallunt. Veritati itaque proprius accedit, plene tamen non probat, sed id tantummodo efficit, quod in ciuilibus semiplena probatio. Efficiunt talem intermedium probabilitatis gradum indicia a Carolo ipso praescripta et ad similia vti ipse etiam expresse constituit, applicanda *f)* v. g. Vnicus omni

ex-

*a)* Cothmann Vol. I. Resp. 12. n. 191.

*b)* Leyfer Spec. 634. n. 17. de Boehmer ad art. 25. CC. §. 8.

*c)* de Boehmer c. 1.

*d)* CC. art. 21.

*e)* L. I. §. 2. de SCto Silan. Carpzov. qu. 808. n. 4. Cothmann V. I. Resp. XII. n. 15.

*f)* C.C. art. XXIV. et XXV.

exceptione maior testis; Confessio extrajudicialis seu coram incompetente iudice facta, et in ipso iudicio a reo postea reuocata; Minae ante commissum delictum deliberato animo factae a). Res inculpato pertinens inuenta loco commissi delicti certis tamen sub requisitis; b) Venenum quod inimicus beneficio interenti emis; c) multaque alia similia cum ex ipsa C. C. C. tum ex analogia et recta ratione singulo obueniente casu haurienda.

### §. XXII.

Summum denique probabilitatis gradum tunc adesse dicunt, si ea indicia adsint, quae nunquam fere fallunt, ideoque iudicem inducunt, ut aut simpliciter credat delictum esse commissum aut non credit v. g. Duo omni exceptione maiores testes aut affirmantes aliquod factum aut negantes, pulmones infantis in aqua aut natantes aut subsidentes, quanquam quod valde sit lubricum experimentum hocce a medicis et ICtis unanimiter demonstretur d) de quo tanquam omnibus satis cognito plura non adiiciam; leges ita volunt, quapropter proximum manebit semper indicium, summum de vita excitans probabilitatis gradum.

### §. XXIII.

Sed quid sentiendum est de casu, si duo testes omni exceptione maiores affirment, factum imputatum ab eo contra quem inquirimus esse vere commissum? Sunt qui negant hoc sufficere ad poenam capitalem infligendam, sed summe necessarium esse putant, ut confessio delinquentis accedit, quia hac

de-

a) C. C. art. XXXII.

b) C. C. cl.

c) Crusius de indiciis P. II. 31.

d) Schoepfer in Diss. de pulmone infantis natante et submergenti. Zellerus in Diss. quod pulmonum infantis in aqua subsidentia, infanticidas non absoluat, Halae 1725.

deficiente tantum testimoniū depositio efficaret probabilitatis gradum, obquem ad torturam per quam confessio extorquenda, deueniendum. Subsidium inuenire volunt in Ord. Crim. art. 16. Sollen sonderlich Richter und Urtheiler erwarten seyen, wo eine Misserthat außerhalb redlicher Ursache, die von peinlicher Straf rechtlich entschuldiget, öffentlich und unzweifelhaft ist, oder gemacht wird etc. et verbis subsequentibus. In Sachen und dergleichen öffentlichen unzweifelhaften Ubelthaten, und so der Thäter der offen und zweifelhaften Ubelthat freuentlichen wiedersprechen wollte; so soll ihm der Richter mit peinlicher ernstlicher Frage zum Bekenntniß der Wahrheit halber etc. Sed vehementer dubito vtrum ex hoc loco assertum probari queat; agit enim Imperator in hoc textu de casu, nempe de reo, qui in flagranti delicto quidem deprehensus, et tamen negat illud commississe, neque testimonio duorum aut trium testimoniū omni exceptione maiorum prorsus conuinci potest. Propius potius accedo iudicio illorum, qui duorum testimoniū effatum sufficiens affirmant, ad poemam capitalem irrogandam. Conforme enim hoc iudicium non solum est scripturae sacrae Deut. c. 17. v. 6. Matth. c. 18. v. 16. iuri Canonico c. 4. x. de testibus. Iuri ciuili l. 25. C. de Prob. l. 16. C. de poen. quibus in locis generaliter dispositam quod veritas causae dubiae per duos vel tres testes probetur. Sed confirmat hanc sententiam quoque Nemesia Carolina art. 22. verb: Denn soll jemand zur peinlichen Straf verurtheilet werden, das muss aus eignen Bekennen oder Beweisung geschehen, und nicht auf Vermuthung oder Anzeigen; particula oder qua vtitur Imperator fatis liquido probat, confessionem et conuictionem simul non requiri, sed sufficere, si vel confessio, vel conuictio, i. e. probatio adsit. Clarius adhuc hoc appetet ex art. 69. So der Beklagte nach genugsaamer Beweisung noch nicht bekennen wollte, so soll ihm angezeigt werden, dass er der Misserthat bewiesen sey, ob man dadurch sein Bekenntniß deslo eber auch erlangen könnte, ob  
er.

## XVII

er aber dennoch darüber nochmals nicht bekennen wollte, da er doch aus obstebenden gnungsam überwiesen wäre, soll er nichts des weniger der bewiesenen Missethats nach ohne einige peinliche Fragen verurtheilet werden.

## §. XXIV.

Sed video plura iamiam adduxisse ad declarandam ipsam proponendam materiam, quam limites quos seruare ob varia mihi competit rationes forsitan permittant: putaui tamen ea quae superstruuntur, semper firmiora arctioraque coniungi, si fundamentum bene esset positum. Transeo nunc igitur ad confessionem singulo probabilitatis gradui, immo praeципue plenae certitudini corporis delicti accedentem, et videamus quid inde efficiatur.

## §. XXV.

Confessio vti §pho VII. est definita ordinariam efficit pacnam in omnibus delictis, quae non morte et ultimo supplicio sed corporis afflictiuis caeterisque mitioribus arcentur poenis. Quanquam enim iudex quam diligentissime inquirere debeat in veritatem criminis commissi, licet ordinaria eius poena tantum sit fustigatio, relegatio, carcer, mulcta pecuniaria et similes, incertudo tamen quae forsitan adhuc superest, per propriam eius confessionem plane tollitur, ita vt reo confessio, nihilominus ordinaria delicti poena, quae mortis non est supplicium irrogari possit a). Expediti hoc iuris est in S. E. per Conf. 33. IV.  
vbi

a) Carpzov. P. III. qu. 108.



## XVIII

vbi deficiente certitudine corporis delicti fustigationis quidem, non autem ordinaria poena furti magni est constituta; Wenn gleich der Diebstahl gross und über fünf ungarische Gülden austrüge, und ob ihr auch gleich viel wären, die sich zu solchen Diebstahl thäten bekennen, dass sie doch mir Staupenschlägen allein ewig zu verweisen und am Leben nicht zu strafen seyn. Agnoscit Elector hoc in casu regulam iuris communem, quod nemo ad mortis supplicium condemnari possit, nisi liquido de criminis ipso seu delicti corpore constet, non obstante quod reus delictum confessus fuerit. Obstare quidem videtur, quod lex saxonica tantum de furto agat, ab uno vero casu ad alterum non valeat applicatio, sed respondemus; non adesse casum specialem, legistatem potius agnoscere et exemplo confirmasse regulam generalem, quam paulo ante circa irrogandam poenam mortis dedimus. Exinde sequimur effatum Vlpiani l. 13. n. de legib. Nam ut ait Pedius, *quotiens lege aliquid unum aut alterum introducunt, bona occasio et caetera quae tendunt ad eandem utilitatem vel interpretatione vel iurisdictione suppleri.* Obiciet forsitan aliquis, hanc legem, quae de interpretatione extensiva agit, non valere ad criminalia, circa quae interpretatio restrictiva valeret. Sed ignoro hanc differentiam ex opinione quorundam receptam, cum Pedius in genere de lege differat, nec distinctionem causarum criminalium et ciuilium faciat. Lege vero non distingueunt, nec nostrum est ut distingamus. Potius quod de genere dicitur valet etiam de speciebus, quia sub genere comprehenduntur, nisi voluntas legislatoris aliud sentiat. Concludatur inde ad poenas alias leuiores, quae licet plena corporis delicti deficiat certitudo, nihilominus ob confessionem accedentem locum habere debent.

## §. XXVI.

## §. XXVI.

Manent igitur sola delicta quorum poena est ultimum supplicium, intuitu quorum quaestio haecce institui potest. Faciamus autem regulam: Deficiente plena certitudine corporis delicti, mortis poena nunquam irrogari potest. Quanquam enim confessio, ob naturalem nostri amorem et fugam mortis, magnam praeserferat veritatis speciem, ita tamen comparata esse nequit, ut plena ei tribui possit fides. Permulti enim ob mali imminentis metum, rem infeliciter gestam, magnitudinem aeris alieni et similia, tanquam bonum aliquod, mortem considerant, eumque sibi optant. Videmus etiam quotidie certum aliquod hominum genus, quod ad vitae molestiam, per peculiarem sanguinis et naturae dispositionem productum, mortem precatur, ac si sponte non veniat vincula naturae rumpit. Varias adhuc species Leyser<sup>a)</sup> allegat, quae satis probant de incertitudine ex ipsa alicuius confessione orta.

## §. XXVII.

Occurrit hac occasione quaestio, utrum delinquens, qui sub tormentis delictum negat, post torturam vero perpetram hoc sponte confiteatur, poena capitali, quae delicto imposta, possit affici. Fluctuans hoc in causa est iudicium. Alii huic confessioni nullum tribuunt effectum, sed potius delinquentem ab omni poena immunem esse volunt, et hanc sententiam ex indeole Procelius pariter, quam natura rei, applausum promererentur putant. Naturae nempe processus inquisitorii conforme est,

C. 2.

vt.

a) Sp. DLXI. med. I.

ut delinquens innocentiam si probauerit, a tota causa absoluatur, nisi aliquid adhuc remaneat, quod poenam promeretur. Tortura est modus elidens indicia militantia et probandi innocentiam, hac vero demonstrata, quid superest quaeso, ut reum poena quam pati deberet, si deficeret haec probatio, afficiamus. Cui accedit, quod nemo contra se agere, et poenam a qua semel et legitime immunis est factus, spontanea confessio ne sibi conciliare praesumatur. Exinde concludere volunt, delinquentis confessionem post cruciatus perpessos non promereri fidem. Aliis placet opinio, poenam capitalem ob spontaneam confessionem, non obstante quod reus torturam constanti animo passus fuerit, nihilominus habere locum; vtuntur argumento, quod cruciatus, quos aequo animo tulerit, delinquens innocentiam non vere probent, sed tantum innocentiae prae sumptionem inducant. Omnis vero prae sumptio tam diu obtinet, quam diu non adeat probatio in contrarium. Cum vero spontanea confessio, dummodo de certitudine delicti certe constet optimam inducat probationem, et differentia, vtrum ante vel post torturam sit facta, approbata non sit; ad eandem in decidenda causa haud esse recipiendum, credunt. Quamuis vero argumenta in vtramque partem assensum conciliant, nihilominus tamen aequitati mihi conuenientior videtur sententia, media via esse procedendum, ut delinquentem ab ordinaria, minime vero a poena extraordinaria liberemus. Ita enim coeremos dolum, et res publica cuius securitatis causa poena datur, accipit satisfactionem.

## §. XXVIII.

Semper igitur rationes atque circumstantiae cum ipsa confessione coniunctae a iudice quam diligentissime ponderari debent,

bent, ex quibus deinde de ipsa corporis delicti certitudine iudicari potest: quodsi igitur circumstantiarum consensus cum ipsa confessione amice conspiret, tunc de veritate confessionis minus dubitandum a). Ipsa autem haecce confessio sub nomine qualificatae confessionis occurrit.

## §. XXIX.

Quae autem circumstantiae si non cum ipsa confessione conspirant quid tunc? Ad casum, quo de ultimo suppicio sermo non est, iam in antecedentibus est responsum, vbi autem de capitibus loquitur poena, tunc corpus delicti efficitur incertum, et supra constituta regula locum inuenit, quod ordinaria poena exulat. Referri huc potest, quo D. Seuerus rescripsit in l. i. §. 17. D. de quaest. Confessiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportere, si nulla probatio religionem cognoscens instruat. Ratione vtitur ICtus, quod plerique patientia sive duritie tormentorum ita tormenta contemnunt, vt exprimi eis veritas nullo modo possit: alii tanta sint impatientia, vt in quois mentiri quam pati tormenta velint, ita fit, vt etiam vario modo confiteantur, vt non se tantum, sed et alias committentur.

## §. XXX.

Quod si vero reus delictum perpetratum in iudicio ante inquisitionem institutam sponte confitetur, v g. Titia coniugata ob adulterium accusata, in iudicio sponte adfirmat, se cum Caio vxorem non habente, sed delictum pernegante, concubitum  
C 3 ce-

a) Kress, ad art. 131. §. 1. Hert. Vol. I. Conf. CCCIII. n. 6.

**XXII**

celebrasse, utrum nihilominus responso ad articulos sit necessaria vel statim poena extraordinaria ipsi inferri queat. Ratione conueniens utique videtur, ut remotis istis ambagibus statim ad poenam deueniamus. Quid enim opus est articulis per quos in veritatem delicti ulterius inquirimus, cum de delicto, quod ex confessione delinquentis satis probatum est, non amplius obueniat dubium, nec de poena capitali, sed tantum extraordinaria iudicium ferendum. Ast si rigorem iuris et indolem processus inquisitorii respicere velimus, alia sententia placet. Nimirum quilibet processus sua habet formalia quae exacte obseruari debent, cum illis quae ad substantialia pertinent, deficientibus processus vicio nullitatibus labore, nec effectum habeat. Ast quis ignorat, Articulos inquisitionales efficere substantiam Inquisitionis specialis, et ab eodem tempore omnes effectus, quos specialis inquisitio producit, incipere. *Conf. Beyer ad Conf. Crim. art. 67. poss. s. sequ. Boehm. Elem. Iurispv. Crim. Sez. I. c. 9. §. 186. sequ.*

## ERRATA TYPOGRAPHICA.

- Pag. V. lin. XXVI. leg. pro *unf*, *auf*.
- Pag. VII. lin. XXII. leg. pro nimium, nimirum.
- Pag. VIII. lin. I. leg. pro constat, constet.
- Pag. ibid. lin. IV. leg. pro appellatin, appellatio.
- Pag. ibid. lin. XV. leg. pro moriri, mori.



92  
LIBRARY LIBRARY

THE LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF KARLSSRUHE  
THE LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF KARLSSRUHE  
THE LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF KARLSSRUHE  
THE LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF KARLSSRUHE





Leipzig, Diss., 1779 K-2

X 237 1913

ULB Halle  
005 433 703

3





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



27

EXERCITATIO IVRIDICA  
DE  
**EFFECTV CONFESSI<sup>N</sup>IS  
CORPORE DELICTI ADHVC  
INCERTO.**

QVAM

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE  
PRAESIDE

D. FRD. GOTTLIEB ZOLLERO

COD. P. P. O. ECCLESIAE CATHEDR. MERSEB. CAPITVL CVRIA  
IN PROVINCIA SVPREM. ASSESSORE NEC NON FACULT. IVRID.  
SENIORE ET ACADEM. DECEMVIR.

IN AVDITORIO ICTORVM

A. D. I. MAII MDCCCLXXVIII.

DEFENDET

AVCTOR

CAROLVS FRIDERICVS MEYER

HOHENLOH - GLEICHENSTIS.

LIPSIAE

EX OFFICINA LOEFERIA.